

ture divine subordinata. Ita et ^{a)} potestas temporalis, si est potestati spirituali subordinata.

(IV) Dicunt quidam ad premissa minus solerter inspicientes, quod principatus regis nostri scilicet ^{b)} Cecilie et Ierusalem ^{b)} est ignobilior ceteris principatibus fidelium, quia solus iste subordinationem ecclesie recognoscit, ceteri vero reges sua temporalia ab ecclesia non recognoscunt et ideo sunt liberiores, quia supra se in temporalibus nichil habent ^{c)}. Istud autem dictum se ipsum inedit et declarat totum ^{d)} oppositum evidenter, quia sicut in uno homine est invenire primo rationale per essentiam ut est anima intellectiva, que per se ipsam utitur ratione; secundo est ^{e)} invenire ^{e)} rationale per participationem ut est anima sensitiva, que licet per se ipsam ratiocinetur, tamen est nata regulari a ratione et obedire ^{f)} rationi, ut patet in viribus appetitus sensitivi, quibus voluntas principatur principatu politico vel ^{g)} despótico ^{g)}; tertio est ^{h)} invenire, quod ^{h)} nec est rationale per essentiam nec per participationem ut anima vegetativa, que neque per se ipsam ratiocinari potest nec est regulabilis a ratione, pro eo quod ⁱ⁾ vires vegetative sunt mere naturales et rationi in suis actionibus in nullo subiciuntur, quas exercent. Ita in toto universo sicut in quodam homine ^{k)} est invenire tria per ordinationem: unum quod est spirituale per essentiam ut puta ^{l)} totam ierarchiam ^{m)} ecclesiasticam, que per se ipsam versatur circa spirituales operationes, quemadmodum anima intellectiva per se ipsam ratiocinatur; aliud est spirituale per participationem, sicut iste principatus, qui per se non versatur nisi circa temporalia, est tamen sic ecclesie subordinatus, quod est natus ratiocinari a spirituali per essentiam et ipsi obedire, sicut sensitiva subicitur rationi; tertium est, quod nec est ⁿ⁾ spirituale per essentiam nec per participationem, sicut ceteri principatus non sunt nati regulari a spirituali per essentiam nec obedire sibi, sicut anima ^{o)} vegetativa que mere naturaliter operatur. Et ideo sicut anima sensitiva in uno homine, quia est rationalis per participationem, prefertur ^{p)} anime vegetative, que non est rationalis per essentiam nec per participationem ^{p)}, ita directe in

^{a)} fehlt P 2. ^{b)} sc. — Ier. fehlt P 2. ^{c)} habuit P 2. ^{d)} fehlt P 1.
^{e)} fehlt P 2. ^{f)} obaudire P 2 immer; in P 1 wechselt obedire und obaudire.
^{g)} fehlt P 2. ^{h)} est — quod fehlt P 2. ⁱ⁾ quia P 1.
^{k)} dahinter magno P 2. ^{l)} pote P 2. ^{m)} -chicam P 1.
ⁿ⁾ fehlt P 1. ^{o)} fehlt P 1. ^{p)} perfertur — part. fehlt P 1.